



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Annus Cisterciensis**

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta  
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs  
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

**Meglinder, Joseph**

**[S.I.], Anno MDCLXXXII.**

2. Aprilis. 4. Nonas.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45295**

242 ANNI CISTERCIENS.

habuerint; ut citius ad misericordiam videntis animus inclinetur.

2. Aprilis. 4. Nonas.

Obiit  
anno  
1201.

Seniores ve-  
nera-  
tur, &  
imita-  
tur.

Semper  
altius  
promo-  
retur.

B. PONTI: qui in cœnobio Grandis-Silvæ cùm ritus S. Ordinis ad disceres, cernerésque longam ibi seriem venerabilium senum Chori sub sellia implere; in eos potissimum intendisti. Atque ut altius in eorum venera vendi methodum, mox imitandam, tur, & penetrares; omni genere obsequiorum & cultus eos studebas tibi devincire. Reddebat hæc silva sive mora voci defiderij tui, echonis adinstar, vocem amoris: dum quilibet in te suas virtutes mirabatur, & sive invidia diligerat. Id tum maximè patuit, quando Abbatidem mortuo te unanimis omnium consensus successorem declaravit. In qua cura non solum filijs monasterium, sed & cœlum auxisti. Nam quadraginta, & amplius, cum paterna tua benedictione decedentes, beatitudinem, qua fruerentur, tibi per visum ostentabant. Ita locuples prole & meritis, honoribus quoq; cumulatus es: primùm Abbas Clarævallis (post' BERNARDUM quintus) Episcopus inde Claromon-

tensi

tensis creatus: claris ubique locorum  
nominibus, nec tamen sanctimoniae  
sæmæque claritudinem adæquantibus.  
Magnæ molis negotia inter summos  
terræ principes, Alexandrum nempe  
III. & Fridericum Imperatorem suc-  
cessu prospero peregisti. *Unum mihi in-*  
*cumbit, & id quidem gravissimum nego-*  
*tium: dicenda causa coram Deo Judice.* grave,  
*Tu Processum illum ita dispone, ut ex mea reddere*  
*parte stet misericordia: causâ enim cecidi,* ratione  
*si sola Justitia in me ferat sententiam.*

Nego-  
tium  
grave,  
ratione  
DEO.

B. GERARDE, portæ Claræval-  
lensis custos. In quo labore omnibus *Circa*  
te præbuisti humanum & mitem: in *annum*  
pauperes liberalem: orationis studio-  
fissimum. Ad cœli denique portam  
evocatus, tuam ibi felicitatem Germa-  
no monacho, unâ cum S. Joanne E-  
vangelista apparens, ostendisti. *Sim &* *Custo-*  
*ego per vigil custos portarum animæ meæ. suum*  
*Quinque sunt januae, sensus mei externi:*  
*per quas, non ritè obdulætis pessulis, me*  
*hostem immisſe, heu! quoties paniuit!*

B. BERNARDA, Abbatissa mo- *Obiit*  
nasterij S. Spiritus de Olmedo in Hi- *anno*  
spania, miræ puritatis, & sanctimonie *1595.*  
virgo: quæ sæpissimè media inter cæ-  
teras sanctimoniales orans, aut psal-  
lens, ultra cubiti altitudinem à terra  
attollebaris. Eluctabatur scilicet ad

244 ANNI CISTERCIENS.

suam originem seraphicus ignis divini  
amoris, qui in pectore tuo ardebat ir-  
requietus, donec post raptus sublimes,  
& ferè quotidianos, mors viginti ante  
diebus præscita te cœlitibus conjunxit.  
**Oratio.** Eleva sanctissimis precibus tuis frigidas,  
arentes, & distractionum pondere prægra-  
ves, orationes meas. Quamvis enim non  
sit speciosa laus Dei in ore peccatoris, teta-  
men conciliatrice, cor contritum non despi-  
ciet Divina clementia.

S. BERNARDUS, ser. 18. in Cant.

**Orati-** 'Oratio humectat interiora arentis  
onis ef- scientiæ; escas bonorum operum dige-  
fictus. rit, & dedit per quedam anima  
membra: fidem roborans, spem con-  
fortans, vegetans ordinansq; charita-  
tem, & impinguans mores.

3. Aprilis. 3. Nonas.

Floruit **B**ERMANNE, Villarij Conver-  
circa **B**. qui pauperum ministerio deputa-  
annum tus, mira promptitudine animi totum  
1280. piæ huic curæ impendisti. Majori gau-  
dio non afficiebaris, quam si mendica-  
bula, datis è monasterio pannis, meli-  
ore amictu donare licuit, quam ille fu-  
era